



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

6. De Spirituali oblatione auri charitatis, thuris deuotionis, myrrhæ mortificationis.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

VII. *De spirituali oblatione auri charitatis,
thuris deuotionis, myrræ
mortificationis.*

I. *Xpende, quām peculiaris gratia
Dei censenda sit, per internam
illustrationem mentis, impulsumque
voluntatis moueri ad feruens, efficax,
constansque desiderium diuinæ Mai-
stati piè perfecteque offerendi aurum
charitatis, thus deuotionis, myrram
mortificationis, seu ad feruentem soli-
dumque zelum proficiendi in charita-
te, deuotione mortificatione.*

*Quanta gratitudo pro ranta gratia
merito foret rependenda? quoties simi-
lem gratiam excitantem intus sentis &
negligis? quām parum illam agnoscis?
quam frigidè gratias agis? Gratitudo,
compunctio, zelus cooperandi gratia.*

II. *Quanto maior sit reputanda gra-
tia simili modo efficaciter propelli ad
continuum in excendis internis ex-
ternisque charitatis, deuotionis, &
mortificationis actibus profectum vr-
gendum, simulque abundantis gratiæ
auxilijs muniri ad perseverandum in ijs
etiam tempore desolationis, & aduersi-
tatis constanter frequentandis, omni-
bus*

bus difficultatibus occurrentibus per-
vincendis cum ingenti meritorum in-
cremento?

Quàm rara & singularis illa gratia?
quàm paucis ex quam gratuita Dei li-
beralitate concedi solita ? quàm rara
proinde animi demissione, quàm deuo-
ta gratiarum actione, quam strenua
cooperatione foret acceptanda & com-
pensanda? Gratitudo, fervor proficien-
di.

III. Quantò demum sublimior gra-
tia æstimanda sit ex eadem gratuita Dei
liberalitate sic perenni superabundantis
gratiæ influxu inundari, ut cum alacri-
tate & gudio in assiduo exercitio cha-
ritatis, deuotionis & mortificationis
constans usque ad mortem quis perse-
ueret, & desideratum æternæ retribu-
tionis brauium obtineat? Quisquis
hanc gratiam à diuina bonitate speras,
strenuè tibi humiliterq; cooperandum
esse scias. Gratitudo, spes doni perseue-
rantiæ, fervor cooperandi constanter
gratiæ.

De alia spirituali oblatione votorum reli- VII.
gionis per aurum, thus & myr-
rhæ designatorum.

I. Expende, quàm extraordinaria
F 7 gratia